



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Defectus naturales, p. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

§. VII.

Defectus naturales.

13 **H**inc solvitur ea celebris difficultas An Confessori tutum sit parentes facere defectus naturales pœnitentis ex sola confessione cognitos v. g. eum esse spurium, ignobilem, ex genere Iudæorum, &c.

Id. ib.

Dico enim, si ij ita à pœnitente referantur, ut ex adjunctis colligatur eos esse communiter notos, posse patefieri; & secus non posse. Ratio est, quia quando sunt noti, præsumimus à pœnitente non subijci confessioni, nisi ut cognitos, atque adeo parum ab ipso curari, si manifestò sciantur, si ipse expressè nõ prohibet. At quando noti sunt, id non præsumimus. Ni sic decernamus, magnum damnum à confessione timeremus, cum qui non rarò mallet sciri se esse a-

dul-

adulterum, quam spurium, vellu-
daum: & Beneficium quidem pe-
tenti plus nocebit; sciri eum esse
legitimum quam adulterum Scio
u quosdam indiscriminatim u *Vasq.*
concedere ejusmodi promulga- *dub. 2. n. 2*
tionem, sed non sunt audiendi,
quia clarè id vergit in odium
Sacramenti

14 Rursus ex his collige limi-
tationem circa dicta numer 6.
de objectis peccatorum. Si enim
Ioannes v. gr. fateatur se gavi-
sum esse de occisione facta ex
rixa à Petro in foro publico, & a
ter se gavisum esse de occulto a-
dulterio Bertæ: puto integrum
esse Confessario notum facere
homicidium, rixamq; Petri, non
verò adulterium Bertæ; Ratio du-
cenda est ex dictis, quia illud ho-
micidium pœnitens supponit
esse omnibus notum, quod ta-
men per accidens latebat Con-
fessarium, adeoque non vide-
tur Sigillo committere, non sic
Z 6 adul-

adulterium, quod occultum per se est.

§. VIII.

Dicere, Eum non absolvi.

x *Caet. v.*
Confessor
necessaria

15 **C**ertum sit septimo, esse contra Sigillum, quidquid neget Cajetanus dicere. Hic mihi confessus est, sed à me non absolutus. Licet enim illum non absolvi, ex varijs causis oriri potuerit; potuit tamen facilè evenire, ut frequentissimè assolet, propter ejus gravem indispositionem, ad quam suspicandam, concurrere non licet Confessario. Immo, etiam si pronunciet: Nondum absolutus, quia confessionem non finivit, frangeret y Sigillum; quia communiter ista longa confessio vel notat multa peccata, vel certè aliquem defectum penitentis. Excipio, quando

y *Granà.*
de Sacr.
contr. 7.
tr 11 d. 6.
n 2. con-
tra Sua-
rium cit.
n Diana
par. tr 11
res. 42